Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



103

Ds qui glorificatur in consilio scorum. magnus
& terribilis sup oms qui in circuitu eius sunt.
Dne ds uirtutū quis similis tibi. potens es dne.
& ueritas tua in circuitu tuo.
Tu dominaris potestatis maris. motum autē
fluctuum eius tu mitigas.
Tu humiliasti sicut uulneratum superbum.
in brachio uirtutis tuae dispersisti inimi
cos tuos.
Tui sunt caeli & tua est terra. orbem
terrae: & plenitudinē eius tu fundasti.
aquilonem & mare tu creasti.
Thabor & hermon in nomine tuo exultabunt.
tuum brachium cum potentia.
Firmetur manus tua & exaltetur dextera
tua. iustitia & iudicium p̄paratio sedis tuae.
Misericordia & ueritas praecedant faciem tuā.
beatus ppls qui scit iubilationem.